Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36558
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

litterar(um) uidelicet. Viri iusti id est s(an)c(t)i alicui(us). Bresith hebraice. genesis grece.
latine natiuitas genitura t(vel) generatio. Mundi enim generatio ibi descri
bitur. Ellesmoth hebraice exodus grece latine egressio. Odon enim gr(ece)
lat(ine) uia. Nam in eo egressus filior(um) isr(ae)l ex egypto describit(ur). Vagecra
hebraice leuiticus grece ministerialis latine. Elead dabiarim hebr(aice)
deuteron(omiu)m grece. latine s(e)c(un)da lex. Nomos enim lex. Vaiedaber
hebraice. numeror(um) latine. Hii s(unt) quinq(ue) libri moysi. Primus ordo est
legis in quinq(ue) libris. Et nunc incipit s(e)c(un)d(u)m ordinem p(ro)phetar(um). Ben. id est
filius. Sopthim. heb(raice). iudicum latine. Thorat heb(raice). latine lex. Conpingunt
id est c(on)sociant. c(on)iungunt. Primum & s(e)c(un)d(u)m. id quia duo sunt. Trare asra
Terci(us) ordo ... id est. xii. p(ro)phetar(um). Pa ϕ a. id est sacra scriptura id est s(an)c(t)or(um) uita ut thobi &
iob. Quinq(ue) incisionib(us) id est quinq(ue) particionib(us). Psalmor(um) unus liber
e(st) sic(ut) & ap(osto)li dixer(unt). s(ed) tam(en) quinq(ue) habet diuisiones quia quinquies e(st)
ibi fiat fiat. Masloth hebraice. parabole grece. p(ro)uerbia latine. Celeth
heb(raice). ecclastes gr(ece). concionator latine. Sirassirim heb(raice) cantica canticor(um) lat(ine).
Dabreiamin heb(raice). uerba dierum lat(ine). Cronicon id est temporale. Cronos
enim temp(us). Totum temp(us) ab adam usq(ue) ad captiuitatem babylonis captiui
tatis describit. Stantib(us) coram. id est in p(re)sentia. Oculatis id est plenis oculis.
Quasi galeatum principium. Sicut galea caput militis p(ro)tegit ut fiducia
luis p(er)gat ad bellum. ita & iste titulus lectori periciam p(re)stat. quo uale
at discernere qui libri ab hebreis in canone recipiant(ur). qui ue int(er)
apocrifa deputent(ur). Igit(ur) sapientia id est ille liber q(ui) sapientia uocat(ur) & ita
inchoat(ur). Diligite iusticiam. Liber iesu filii sirach. qui sic inchoat. Omnis
sapientia a d(omi)no d(e)o est. Hic panaretos d(icitu)r id est liber omnium uirtutum.
Pan enim grece omne d(icitu)r. ares uirtus. Hunc hebrei id(e)o n(on) recipiunt.
quia in eodem d(omi)ni passio mystice p(ro)phatur. Pastor id est liber pasto
ris. Qui similis e(st) reuelationi ioh(ann)is id est apokalypsi. s(ed) in n(ost)ra bibli
otheca n(on) habet(ur). Ipse aut(em) est qui & hermes d(icitu)r id est alio. Ex ipsa
ϕ ρ α c ι н. id est ex ipsa locutione quia grecam redolet eloquentiam.
Inde antifrasis c(on)traria locutio. Antiquor(um) id est lxx. In alio dlii
aurum & reliq(ua). Per aurum argentum lapides p(re)ciosos & cetera. quiq(ue) excel
lentiores t(vel) maiores in ecc(lesi)a uirtutes figurant(ur). Per pelles uero
pilosq(ue) caprar(um) minores. Tabernaculi pulchritudo id est cortina